

6. juillet 1350.

Lile mota in curia nostra inter monetarios
 et operarios monete nostre Tolosane
 Raymundum Jordani et liberos eius defuncti
 Joannem et Martini ex una parte, et Captar^o
 dicti loci ex altera super eo quod dicti monetarii
 et operarii dicebant quod licet ipsi cum eorum
 bonis mercibus seu mercaturis quibuscumque
 operantes, mercantes et non mercantes
 per privilegia a nobis et predecessoribus
 nostris concessa eis et remanere deberent
 in Regno nostro liberi et immunes

du vol. n. fol. 5. fol. 302.^{vo}

ab omnibus talliis Poustaniis pedagis et
paragiis tam occasione mercium seu mercatorum
suarum quam aliter nec non a centesimo
quinquagesimo calcia subsidio, et
generatiter ab omnibus subventionibus
exactionibus, impositionibus, servitutibus,
et novis actibus, quibuscumque, et quocumque
nomine censeantur, non obstantibus quibusvis
privilegiis in contrarium concessis vel
etiam concedendis nihil omnibus dicti
Cappellarii unum pannum Brunelli dicti
Raymundi et liberorum predicti
Joannis et Martini valoris viginti librarum
turonesium, et alia pignora valoris
viginti librarum qua pignora etiam
prefati Raymundi et liberorum memorati
Joannis et Martini defuncti ceperant et
capi fecerant iniuste contra dictorum
privilegiorum tenorem dictos monetarios
et monetae operarios in sua possessione
et possessione perturbando saluam gardam

nostram. sufficienter publicatam in qua dicti
 Monetarii et monetae operarii erant infringendo,
 propter quae se dicebant damnificatos fuisse
 in quingentis libris parisiensibus, quare petebam
 dicta propra per dictos Capellarios si erant
 in rerum natura sibi restitui, et si non
 erant in rerum natura quadraginta libras
 parisienses pro earum aestimatione et dictos
 Capellarios in quingentis libris parisiensibus
 pro injuria eidem condemnari quod quae
 dicti Capellarii in expensis dictorum
 monetariorum et operariorum condemnarentur
 dictae Capellariae ex contrario inter caetera
 proponentibus se esse et fuisse in
 possessione et saisina tam per se quam per
 eorum praedecessores a tanto tempore quod
 memoria hominum non extabat, vel a tanto
 tempore quod sufficiebat ad bonam saisinam
 acquirendam imponendi seu inducendi coactas
 Civibus et habitatoribus dictae ville (Tholosanae)
 pro modo facultatum suarum ubi quae

eos haberent tam pro subsidio in guerris
nostris vel aliter quovis modo faciendis
quam pro aliis necessitatibus et omnibus
dictae ville supportandis siue enim monetarii
dictae monetae Tholosanae siue cuiuscunque
alterius artificii vel operarii monetae
praedictae existerent ipsos que compellendi
ad solvendum huiusmodi tallias et
collectas per ipsos Capellanos eisdem
impositas et iudicatas per bonorum suorum
captionem et venditionem et alia remedia
et easdem tallias exigendi levandi et
percipiendi per se vel eorum gentes
seu ab ipsius deputatos eisque distribuendi
applicandi et convertendi inibus locis et
personis pro quibus fiebant et fuerant
impositae et iudicatae, dicebam tamen
quod si dicti monetarii vel alii quicumque
viri fuerant antiqua impedimenta, dicta
Capellania in praemissa apponere
fecerant ipsa impedimenta fuerant

ad utilitatem dictorum Capellanorum amota,
 et dicti Capellarii remanserunt in
 possessione et saisina predicta, et
 quod huiusmodi possessione et saisina
 collectandi eius, et Bolocæ pro omnibus
 bonis que habebam et ubicunque illa
 habuerim fuerat dicta Capellaria per
 arrestum in Parlamento nostro parisiensi
 declarata seu adjudicata, quare petebam
 dicti Capellarii se in dicta possessione
 teneri et defensi et ab impetitione
 dictorum monetariorum et operariorum
 absolvi quod que dicti monetarii et operarii
 in expensis condemnarentur. facta igitur
 super predictis per certos Commisarios
 a nobis super hoc deputatos inquestæ et
 ad iudicandum in dicta Curia nostra
 in statu in quo erat recepta ipsa
 visa et diligenter examinata per
 iudicium predictæ Curie nostræ
 dictum fuit quod predicti monetarii

et operarii tenebantur et tuebantur in
pensione et saisina praedicta juxta
dictorum privilegiorum tenorem et quod
impedimentum per dictos Capellanos
appositum ad utilitatem dictorum
monetariorum et operariorum amovebatur,
dicta que pignora eisdem restituerentur
et per idem judicium dicta furia nostra
dictos Capellanos praedicta monetaria
et operarios in expensis condemnavit
earundem taxatione praedicta furia
nostra reservata die sexta mensis
Julii anno mille simo trecentesimo quinqua-
gesimo. G. De habanto Reportator.